

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

De collatione beneficiorvm ecclesiasticorum iam primum fundatorum

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

DE COLLATIONE BENEFICIORVM EC-
clesiasticorum iamprimum fundatorum.

ITEM, quum beneficium aliquod ecclesiasticum à laicis
summæ uel mediæ conditionis primum fundatur, dota-
turq; , tunc quidam episcoporum primam eius beneficij
collationem sibi usurpare nituntur, ac beneficij ipsius dota-
tionem, fundationemue prius confirmare recusant, quam
eorum intentioni acquieuerint, qui beneficia ex suis censi-
bus dotarunt, hoc est, fundatores & patroni secundum iu-
ra etiam Canonica collatores ordinarij.

DE CONFIRMATIONIBVS BENEFICI-
orum Ecclesiasticorum, non necessarijs, atq;
alijs id genus grauaminibus.

PRAETEREA si quis nouam fundationem benefi-
cij ecclesiastici fraternitatisue erigere, atq; eandem con-
firmandum petere uelit, quanquam confirmationis
huiusce, de iure ac æquitate minime indigeat: Nihilomi-
nns tamen fundatores beneficiorum prætermodum, pe-
cuniarum exactiõibus, ad uiuum usq; ad grauantur, ex-
ugunturq; , ac per Romanorum statuta, technas ac subtiles
practicas, eo adiguntur, ut fundationes hæ omnes, quam-
uis minimi sint precij, necessario confirmentur. Quod ip-
sum non medioere Germanorum laicarum est onus.

DE SVBSIDIIS, ET ALIIS ONERIBVS QVAE
imponuntur ecclesiasticis, qui collatores habent laicos.

DEINCEPS, si quando contingit, ecclesiasticam
personam à laico beneficio aliquo dotari, & Episco-
po inuestura accipienda præsentari, tum Episcopo-
rum in spiritualibus, ut uocant, uicarij, pro inuestura tan-
tum erogant æris, præsentatis illis, quantum collatum be-
neficium in annuo habet prouentu, non nunquam etiam,
quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Episcopo,
& reliqua